Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



animam conspice numerorum. et intellige uniuersum corporum nu
merabile per numeros fieri. ipsos autem numeros ni posse numerari. Nam
quis non dicam eloqui sed cogitare digne ualeat. quo numerus cum
ex uno et per unum et in uno sit. principium tamen ac finis illi non sit. Sicut
dixerimus unum numeri et principium. ipsius uni qd dicemus et princi
pium. Ecce habes principium numeri fine principio. ut ex ipso sit numerus. Iam
uero si numerare uelim. adiecis unum uni ut fiant duo. et unum duobus ut fi
ant tria. et unum tribus ut fiant quatuor. et deinceps quotiens unum mul
tiplicauerim. totiens quasi mutus singuli in summa ducunt. ut decies
ducti decem. et uiciens uiginti. et centies centum. et millies mille nominentur.
ut agnoscas omnem numerum tra per unum et sic ex uno procedere. Illud uero
patet ad finem numeri qui nullus est prorsus uenire ni posse quia trans
omnem numerum qui ex uno et per unum et in uno est semper unus. tria tamen
ista sunt cui dicimus ex uno et per unum et in uno partim eterna. pinde in loca
lia ubique tota code in finito semper. equalia. quia nullum unum maius uno et minus
est. Hec sunt numerum inchoatum ducentum perfectum. ipsa nec inchoata.
nec numerata. nec finita. Credo quia sapientie dei ni est numerus. Nam
cum ex uno et per unum et in uno sit numerus nec numerari in tria tria possit
ut pinde numerum tordum ordinem numerum finiamus. Ipse est ternarius
totus per quem omnis est numerus. Ecce quid habitat anima humana.
ecce qd oculo cordis uidere concessum est. Quo diffugimus. quo distrahimur.
Cur in nobis metipsis extra nos sumus. Cur patriam nram localem querimus.
de qua utique ni ambulando si peccando discessimus. Cur tenebras splen
dere credimus. quas uidere ipsum e utique ni uidere. Veritate certe que
rimus. ni illa per spatia locorum oportet quaeri. ni per corporeum aliquid estimes
inueniri. Satis se a corpore ni solum tangendo si etiam cogitando separabit.
qui hunc adiuerebit. Et locale certe querimus. ni illud queso per locale
queramus. Fecit ipsa ueritas sui similitudinem Hoc in nobis afferamus
illi qd fecit. Non conuenit dm nrm dicentes illi. non potuisti fa
cere aliquid simile tui. quasi corpus sui similis tui ni sum. quid de
nobis metipsis nos ille conuincet. Loquitur enim in silentio m ueritas